



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Charitatis signa sunt quinque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Septimum est, quia ad uitam eternam perducit. ipsa est enim uia, que ducit nos ad Deum. Sic dicebat Augustinus. Charitas est uia hominum ad Deum, per charitatem homines ad Deum currunt, & ad Deum perueniunt. Ob hoc D. Bernardus ad eam

**Auguf.**

**Bern.**

inuitans, ait. Dilatemur in affectu charitatis, ut exaltemur in gloria celestitudinis, quia nemo ad illam peruenit, nisi qui huiusmodi dilectionem Dei, & proximi deuota mente tenuerit.

*Charitatis signa sunt quinque.*

**P**rimum est, si aduersa patienter tolerat; cuius signum, seu conditionem declarat de charitate loquens. Charitas (inquit) patiens est. Quum ueritatem Remigius affirmans ait. Qui habet charitatem patiens est tolerando aduersa. Secundum est, si defectum proximi quiete portat. Vnde Gregorius dicit tantam quilibet portat proximum, quantum amat. si enim amas portas, si desistis amare, desistis & tolerare; Quos enim minus diligimus, minus toleramus. Et Augustinus. Qui portant inuicem onera sua, nisi qui ha-

**1. Cor.**  
**13.**

**Remig.**

**Greg.**

**Auguf.**

bent charitatem? qui non habent cha-  
 ritatem graues sibi sunt, qui habent  
 charitatem portant se. Tertium si se  
 super alios non extollat. idcirco Pau-  
 lus describens charitatem dicit. Cha-  
 ritas, que non inflatur, non est ambi-  
 tiosa. Et Remigius. Qui plenus est  
 charitate, non desiderat super alios  
 potestatem exercere, quia maior ce-  
 teris non uult apparere. Quartum si  
 otium non amat, quia charitas se li-  
 benter in omnibus uult exercere. Vn-  
 de Gregorius dicit. Amor dei nusquam  
 est ociosus, operatur enim magna si  
 est, si autem operari renuit, amor  
 non est. Et Basilius. Cum quis se in  
 aliquibus duris operibus pro amore  
 charitatis exercet, dulcedo amoris  
 ipsius eum laborare non sinit Petrus  
 quoque Rauennas ait. Qui enim cha-  
 ritatem cum Dei adiutorio fertare  
 uoluerit, nec pedibus currendo, nec  
 manibus laborando, uel operando fa-  
 tigationem sentiet. Quintum si om-  
 nes aequaliter diligit. Vnde D. ait  
 Bernardus. Charitas sicut filios dili-  
 git uniuersos, amicos diligit in De-  
 um, & inimicos propter Deum. Re-  
 migius etiam dicit. Charitas trista-  
 tur cum uiderit quemlibet per ali-  
 quod scelus ruere, etiam si inimicus  
 esset. Et Basilius. Charitas contrista-

Yoga

1. Cor.  
13.  
Remig.

Greg.

Basil.

Petrus  
Rauen-  
nas.

Bernar.

Remig.

Basilus

Aut si quemlibet inimicum aliquid  
uel fecisse, uel passum esse conspex-  
rit. Vnde Augustinus. Domine bea-  
tus qui amat te, & amicum in te, &  
inimicum propter te; gaudet de alie-  
na felicitate, & tristatur de aliena ad-  
uersitate.

*Christus redemit nos proprio san-  
guine, quinque de  
causis.*

**P**rima est, ut nobis suam chari-  
tatem ostenderet. Nullum ma-  
ius dilectionis signum poterit  
ostendere nobis, quam moriendo pro  
nobis. Vnde Io. dicebat. Maiorem  
charitatem nemo habet, ut animam  
suam ponat quis pro amicis suis. Et  
**Bern.** D. Ber. Domine tu maiorem habuisti  
ponendo eam pro inimicis. Ioannes  
item dicit. In hoc cognouimus chari-  
tatem dei, quoniam ille pro nobis  
animam suam posuit. Bernardus item  
ait. Clauus penetrans, clauis refe-  
rans factus es mihi, ut uideam uolun-  
tatem domini, & uisitem templum  
eius. Quid enim clamat clauus, cla-  
mat uulnus, patet arcanum cordis  
per foramen uulneris. Pater meus  
**August.** etiam Augustinus inquit. Caput